



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google


El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

---

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.


Google™ books

<https://books.google.com>



8464

bbb.23











8464666-23

762

DE  
SERVITVTE

---

DISPUTATIO PHILOSOPHICA

QVAM

PRAESENTE

IO. CHRISTIANO BRIEGLEBIO

PHILOSOPHIAE DOCTORE ATQVE  
PROFESSORE

IN

ILL. COLLEGIO ACAD. CASIMIRIANO

d. VIII. APRIL. c<sup>lo</sup> I<sup>o</sup> CCLXXI.

PUBLICE DISCEPTANDAM PROPONIT

A V C T O R

IO. FRIDERICVS STREBEL,

L. L. C. WERTHEMIENS.

---

COBURGI  
EX OFFICINA AHLIANA.

*S. Doct. von Lang.*  
Digitized by Google



V I R O  
ILLVSTRI ET EXCELLENTISSIMO  
**GOTTOFREDO PHILIPPO**  
**HOEFLICH,**  
SERENISS. DVCI GOTHANO A CONSILIIS  
AVLICIS, cet.

**Q**uum iam dudum gratissimum animum  
pro summa Tua in me benevolen-  
tia testificari vellem ; semper defuit occa-  
sio. Nunc autem benigne ignoscas ! velim au-  
daciae meae, quod Tu nomine pagellas ha-  
sce , studiorum meorum primitias , ornavi.

A 2

Aptissi-

Aptissimum hoc ~~visum est~~ mihi , vt publice  
profiterer , quantum Tibi debeam , quanti Te  
faciam. Serena igitur fronte accipias leve hoc  
munuscum , pro ea , qua soles , benignitate ,  
Tibique persuadeas , summa pietate adductum ,  
me hoc ingenii qualecunque monimentum Ti-  
bi consecrasse , a qua ardentissima vota ad De-  
um Optimum Máximum proficiscuntur , qui Te  
semper salvum sospitemque servet , omniaque  
Tibi secundissima evenire iubeat . Spem fo-  
veo dulcissimam , Te et in posterum Tua bene-  
volentia , qua nihil mihi carius , nihil anti-  
quius , non indignum habiturum

**NOMINIS TVI ILLVSTRIS**

demissum cultorem,

**IO. FRIDR. STREBEL,  
LL. C.**



### §. I.

**S**eruuus nascitur hominum nemo. Quaecunque est hominis definitio, una in omnes valet; quemuis alii aliis rebus excellant, vt, qui corporis robore praestant, vincantur ab aliorum ingeniis. Quodsi stetisset gens humana, quo cooperat, statu, poterat servari illa omnium aequalitas. Postea vero, quam lubido, auaritia, luxuria inuasere; miseria premere coepit mortalium genus, orta bella, illata iniuria, et quodus contumeliarum genus, actum est de libertate, qua dulcius nihil, nihil omnino iucundius erectioris paulo indolis hominibus. Fieri igitur potuit, imo factum est, vt vel mollitie effeminati, vel miseria victi, ne fame enecati interirent, potentiori se traderent alienos, iugum seruitutis vltro sibi deposcerent, quem ad modum etiam nostra hac aetate, non raro inuenimus eos, qui profecto non eo animo, vt patriam strenue defendant, pro hac, vbi usus venerit, pulchram obeant mortem, sed quod sperant, falso quidem, at sperant tamen, se

pigritiae suae atque inertiae praecclare consulturos, militiae munus adfendant, quo, haud scio, an ullum seruile magis; aut aeris alieni magnitudine oppressi creditoris; aut belli fortuna subacti victoris arbitrio se permitterent, coacti atque inuiti; oppressi autem longe plurimi scelere maiorum atque iniuria. Plena est rerum gestarum memoria exemplis, unde mores hominum atque ingenia noscantur. Itaque supersedeo longiori oratione, quippe non necessaria.

### §. II.

Apertis igitur fontibus, quae iusta sit seruitus, quae minus, facile poterit iudicari. Ac primo quidem statim intelligitur, eam iustum esse, quae voluntate initur, pacto firmatur; aut hominem impurum atque iniustum coercet, ne nobis nocere possit, ut alii, exemplo inde sumto, deterreantur ab imuriis, postea inferendis. Si quis vero nobis debet, potest ille quidem cogi ad dissoluendum nomen, et praestandas operas, quibus satis nobis faciat; id quod praestat, quam perpetuo inclusum carceri, nec sibi nec aliis vtilem, ipsum miserum spiritum trahere; durum seruitutis iugum, quod quidem sit perpetuum etiam post acceptam satisfactionem, iure imponi nequit. Multo magis vero, si quis innocens vi oppressus est, iugum excutere potest, ubi primum data fuerit occasio, modo velit; velle autem debet, quamdiu liberum se natum esse cogitat. Quamquam autem negandum non est, alios homines magis natu-

natura aptos esse ad imperandum, alios ad seruiendum, vti recte vidit Stagirites; inde tamen nullo modo efficiatur, qui corpore sint robusti, tardi ingenio, iis vincula esse iniicienda, quam quidem sententiam falso imputari Aristoteli, docte, vti solet, atque copiose demonstrauit Dan. Heinsius, qui Iuris consultos, contra naturam esse seruitutem affirmantes, cum Philosopho nostro conciliauit, cf. Heinsii orationes p. 508. sqq.

Quae tandem gens, quis homo fatebitur, se carere ingenio adeo, vt ad seruiendum natus sit? At indigna opinio, quae refutetur accuratius. Et tamen videntur homines ista sibi persuasisse, cum effrenatae cupiditati suae ita indulgerent, vt, quiduis sibi licere arbitrarentur, quiduis sibi fingerent opinionis temeritate. Pertinet huc, quod facete ridens scripsit Montesquius: (de l'Esprit des loix l. XV. c. 5.) Une preuve que les Negres n'ont pas le sens commun, c'est, qu'ils font plus de cas d'un collier de verre, que de l'or, qui chez des Nations policees est d'une si grande consequence. Il est impossible, que nous supposions, que ces gens-là soient des hommes; parce que si nous les supposions des hommes, on commenceroit à croire que nous ne sommes pas nous-mêmes chrétiens. Haec si quis miratur, ille profecto obstupescet, quum relatum legerit, eo temeritatis progressam esse superbam Hispanorum gentem, cuius exemplum imitatus deinde est Ludovicus XIII. Gallorum tyrannus, vt meliores ipsis Ameri-  
cae

## VIII

cae incolas seruos facerent, propterea, quod ipsorum religioni dicam? an superstitioni dediti non erant; etiam stultitiae, ut eosdem sibi servire cogerent, quod iisdem moribus atque institutis non vterentur. Vid. Montesquieu L. XV. C. 3. et 4.

### §. III.

Quae igitur est illa seruitus, quam iustum atque legitimam esse posse, pronunciauimus? An ea, qua domino ius vitae ac necis competit in seruum, ut, quamvis innocentia, vim afferre, quandocunque libuerit; illum praecipitem dare e loco superiori, cruci affigere, frangere crura Epicteto possit? Hanc vero seruitutem quis est adeo ab omni humanitate alienus, quin fateatur, non modo crudelem, sed impiam esse atque nefariam et iniustum, si quidem nunquam incidere possunt tempora, quibus nefas non sit, sanguinae innocentis atque interitu oculos mentemque delectare? Neque quemquam fore puto, qui nobis commemoret illos Romanos luxu atque libidine perditos, quos quum non puderet statuere, ipsos liberos abiicere, nefas non esse, adeo naturae omnem vim oppresserunt ii, a quibus iura acceptipostera aetas! mirandumne est, hos ipsam servorum vitam pro nihilo putasse, quos homines nomine magis, quam re esse existimarent, vnde graues Senecae aliorumque iustae querebantur? Et quamvis non negem, fuisse clementes dominos, qui, vel utilitatis suae causa, vel naturae quadam bonitate, vel humanitatis et iustitiae

iae praeceptis obsecuti, mitius tractarent feruos, familiarius etiam iisdem vterentur, quae laus debetur imprimis veterum Romanorum modestiae, atque, vt e iunioribus aliquem nominem, Ciceroni, qui quidem, qua humanitate complexus sit Tironem seruum, libertum dein, quum summus esset vir, nemo ignorat, qui literas ad ipsum missas legerit, aeterna gloriae Tullianae monumenta; tamen, vt id vnum modo commemorem, gladiatoriis illos ludos quis nescit? vt vix cognoscas, hunc esse illum populum, a quo, memini me legere apud auctorem nescio quem, toto fere theatro, cum recitaretur illud Terentii:

Homo sum: nihil humani a me alienum puto;

incredibilem plausum excitatum, quo prosequerentur omnes illius dicti veritatem, et magnum illum animum atque generosum. Venit tamen in mentem recordari, non raro homines sibi ipsis parum constare, idque multis in rebus cerni. Aio igitur, neminem hoc loco barbaros Romanorum mores nobis occinere posse, vbi de iure sermo est, non de facto. Audienda rectae rationis praecepta, secundum ea de factis hominum atque moribus iudicandum.

Neque ego illam seruitutem commendauerim, propterea, quod inopia magna atque miseria premit hodie  
B eos,

eos, qui vietum quaeritant laboribus quotidianis; adeo  
 ut optimis nonnunquam hominibus fame pereundi peri-  
 culum imminere videatur, quum securi sint serui, qui  
 domini opibus alantur; id quod fecit scriptor Franci-  
 cus satis ingeniosus, qui viuidis coloribus miseram mis-  
 randamque illam vitam pinxit, respiciens forte patriae  
 suae egestatem. Multa ille vere, immo verissime, pro  
 dolor! dixit, (Théorie des loix ciuiles. L. 5. C. 30. 31.)  
 at nondum ea, quae efficiant optabiliorem seruitutis  
 illius conditionem, cuius imaginem ab ipso expressam  
(L. 5. C. I.) non possum, quin hoc loco ponam. Ce  
 mot (esclavage) emporte la destruction de tous les  
 droits de l'humanité pour l'être auquel il est appli-  
 qué. Ce n'est plus un homme, c'est suivant les occur-  
 rences un instrument insensible, ou une bête de charge  
 agissante. Il ne peut plus voir par ses yeux. Il ne peut  
 plus suivre que les mouvements d'une volonté étrangère.  
 Tant qu'il reste dans cet état, son existence même n'est  
 pas à lui. Excepté qu'il ne marche encore que sur  
 deux pieds: excepté, qu'il ne fait ni mugir ni hennir,  
 et qu'à sa mort on ne tire parti ni de sa chair ni de sa  
 peau, il n'y a plus aucune forte de différence entre lui  
 et un boeuf ou un cheval. On le conduit comme eux  
 au marché. On le fait trotter, sauter, courir comme  
 eux pour vérifier la force ou la foiblesse de ses membres,  
 etc. Liquefcere enim animum sentio tristi cogitatione  
 atque indignari hominum nequitiae: et si quid video,  
 popu-

popularium calamitatem quum vellet repraesentare, melius se id aequi non posse iudicauit Autor noster, quam si diceret, ipsam etiam seruitutem, quamvis horrendam ante ponendam tali conditioni.

Numquam igitu morte multare potest dominus seruum? Numquam, nisi sui defendendi atque conservandi caussa. At vendere eumdem licebit, quem ad modum nouimus etiam principes, quum aeris egerent, suos vendidisse milites? Ne id quidem, nisi seruus ipse consenserit, vel dominus nulla alia ratione ius sui defendendi atque tuendi persequi potuerit. Nos enim ii non sumus, qui nefariae illius crudelitatis atque auaritiae patrocinium suscipiamus. At pepercit vitae serui viator? Immo iure nullo occidere poterat victum, quem seruare potuit.

Quae igitur est seruitus, quam ius naturae probat, non condemnat? Scilicet ea, qua omnes omnino serui vires domini arbitrio permittuntur, unde simul apparet, vel sic quoque laedi posse seruum domini iniustitia; laeso autem seruo competere iura laesi, ut resistere possit tyranno vel aufugere, siquidem ne seruus quidem homo desinit esse homo. Numquam igitur dominus exiget, quae omnino vires serui superant; numquam ea, quae leges diuinae vetant, quae religioni, humanitati, iustitiae

stitione aperte repugnant; non expugnabit pudorem; non violabit pacta; non puniet innocentem; non denegabit alimenta ipsi eiusque liberis, quae ipse praebaret seruus, si posset; posset autem, nisi omnes ipsius vires domino traditae essent; non relinquet atque abiciet aegrotantem, senem, quod nihil aliud esset, nisi vitam eripere homini; denique nihil umquam mali inferet, nisi tristis iussiterit necessitas, quae esset laesio propriæ talis. Ista igitur non faciet dominus; seruus autem quum iure cogi possit ad transferendas vires omnes in usum domini, nihil umquam sibi acquirere potest; idem tamen iure possidet ea, quae vel ipsius domini liberalis voluntas, vel aliorum in eum congeserit, nisi aut pactum initum aut domini securitas aliud voluerit. Suasit etiam sapientissima Catharina II. saeculi nostri ornamentum, ut Legibus seruis decernetur, quod proprium ipsorum esset, in aureo libello suo de Legibus §. 261.

## §. IIII.

Ex iis, quae supra dicta sunt, intelligi posse arbitror, haereditate quasi seruitutem a parentibus ad liberos transferri nullam. Quibus tandem rationibus seruitus haereditaria probaretur, quum illi, quod vulgo dicitur, apud plurimos populos hanc obtinuisse consuetudinem, locus hic non sit? Vtrum pacto se tradiderunt seruos, qui

qui pacifci non potuerunt? An laeserunt infantes? Aut periculum est, ne damnum et iniuriam inferant domino? An stultitia vel improbitas parentum iura omnibus omnino hominibus innata adimet liberis insontibus? Id vero sapiens praeceperit nemo. Mouet me tamen sententia eorum, qui putant, domini, qui ipsos aluit, debitores esse liberos seruorum, itaque seruos. Quibus primum illud respondendum videtur: fac, debitores esse, tamen non conficitur seruos istos esse eosque perpetuos. Deinde dominus, dum aluit infantes, non fecit, nisi ea, quae ipsum facere par erat. Quid enim? Quum parentes perfecte obligati essent ad tollendum puerum, tollere autem non possent per dominum, cui omnes ipsorum vires consecratae; iure statuitur, dominum perfecte obligatum esse ad alendos seruorum liberos, dum se ipsi alere possint; quod si facere neglexerit, quid hoc erit aliud, nisi perdere et occidere eos, qui conseruandi erant. Fieri tamen potest, vt puer, quum adoleuerit, sibi eligat ipse seruitutem, quid insit dulcedinis in libertate, non satis gnarus. Quae Linguetus noster adfert, vt probet seruitutem haereditariam non omnino iniustum esse, ea alia potius omnia probant; adeo male cohaerent, aut lubrico nituntur fundamento; veluti ille gentium consensus, nec dum satis probatus, et illa opinionis temeritas, quae plurimorum animos occupavit, iure possideri seruos tanquam pecudes. Ne nihil inde adferamus, locum, qui praecipuus est, adscribamus,

## XIV

speciminis instar : Ou il n'y aura jamais eu d'esclavage juste, ou le consentement unanime de tous les peuples n'aura pas suffi pour légitimer une loi rigoureuse, il est vrai, mais qu'ils ont tous adoptée, et en vertu de laquelle ils forment des corps solides; ou enfin la propriété est un crime, et le droit de la transmettre une prolongation de l'iniquité; ou bien l'esclavage héréditaire est équitable. Théorie des loix civiles. L.V.C. 5.

## §. V.

Persecuti igitur sumus ea, ad quae vel domini vel serui cogi possunt. Religio autem atque humanitas iubet dominos eo amore seruos prosequi, quo fratres et liberos solemus, si boni fuerimus; iubet molestiam munerum leuare atque minuere; iubet meminisse, illos quidem seruos, ab eodem sanguine procreatosh ejusdem rationis atque consilii participes, ad eandem conditos immortalitatem, amari a Deo O.M., cui probatur nemo, qui ipsius amicos odit; Deo autem probari ea demum est felicitas; seruos hortatur et monet, ut aequo animo et magno sortem suam ferant, etiam iniurias, quae modo ferri possint; et sponte, non inuiti, quoduis officiorum genus expleant, qua re adsequuntur id, ut liberi esse videantur.

Quae-

Quaeritur denique, quae consilia prudentia dominis det, vtrum ipsis vtilius sit, seruos retinere, an manu mittere; et commemorantur multa in vtramque partem; quae singula persequi ab hoc loco alienum videtur. Vnum monuisse iuuabit: quum ea vbique fere terrarum sit hominum indoles atque natura, vt serui atque coacti nihil prope egregii pariant, ventri tantum obedientes, somno atque inertiae dediti, negligant domini commoda, nisi turpi flagello admoniti fuerint officii sui; ipsa etiam prudentia suadere videtur, vt paullatim e seruitute in libertatem vindicentur, quod munus nemo facile recusabit, vt ipsa natura libertatis amorem non tam hominibus commendasse, quam mentibus infixisse videatur. Non poenitebit legisse locum illustrem illistris in primis Auctoris, qui posteaquam ostendit, quae immineant pericula dominorum capiti ab excitato serorum furore, quod experti sunt Romani bello ciuali ad internectionem prope fatali, in hanc sententiam scripsit: Abruti par sa misere, il traîne ses jours dans une indolence stupide qu'on prendroit presque pour un défaut de sentiment. Il n'aime aucun art, il ne se pique d'aucune industrie, il ne travaille qu'autant que la crainte des chatimens le force de travailler. Convaincu qu'il ne pourroit point jouir du fruit de son génie, il étouffe lui même ses talens, et il n'essaye même pas de les connoître: delà cette affreuse disette où nous sommes d'artisans les plus communs; et faut il s'étonner que

## XVI

que nous manquions des choses mêmes les plus nécessaires; dès que ceux qui devroient nous les fournir, ne peuvent espérer aucun profit des soins qu'ils prendroient pour nous faire? Ce n'est que dans la liberté que se trouve l'émulation, et la nécessité ne s'evergue qu'autant qu'elle entrevoit une ressource à ses besoins. (V. les Oeuvres du Philosophe bienfaisant.

T. III. p. 9. seq.) Digna vero oratio Rege  
Philosopho eoque *benefico!*



6 DE 64














Digitized by Google

